

- tionem personalem extingui, cum hodie per præcedentes viginti annorum requiratur: ceterum jus exequendi ex ea proveniens per decem, executoria per alios viginti: mixta vero actio per triginta: ut omnia bene percipias, ad D. Antonium Gomez in dicta lego. fieri recursus debet: neque obliuiscaris D. Gonzal. Suarez de Paz in sua praxi ecclesiastica, & seculari tom. 1. 4. part. cap. 3. ex num. 11. ubi clare prædicta elucidantur; mente retine remissiones ibi factas).
- 31 Excipitur tamen ab hac regula Actio hypothecaria, quia si res hypothecata possideatur ab ipso debitore, qui eam oppignoravit, vel ejus heredibus, non præscribitur contra Creditorem nisi annis 40. computandis à die, quo debitum solvendum erat. Communis, per text. in l. Cum novissimi 7. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. Si autem res hypothecata possideatur cum titulo, & bona fide ab aliquo alio, qui nec debitor, nec debitoris hæres sit (ut si fuisset vendita alicui ignoranti, quod sit hypothecata) tunc actio hypothecaria præscribitur spatio 10. annorum inter præsentem, & 20. inter absentes; sine titulo autem spatio annorum 30. Communis, per text. in cit. l. Cum novissimi. (Mi videtur idem asseri à leg. 27. tit. 29. part. 3.)
- 32 Legata, & fideicommissa contra legatarium; & fideicommissarium præscribitur solum 30. annis, non autem præscribi possunt tempore ordinario, sive longo 10. vel 20. annorum, Communis, per text. in leg. Si duobus 3. §. penult. Cod. Communis, de legatis & fideicom.
- 33 Actiones, & obligationes adversus ecclesias, & loca præscribitur eodem tempore, quo præscribitur earum res, seu bona. Unde vide dicta supra n. 13. ad n. 18. & conclude sicut ibi.
- 34 Actiones criminales ordinariæ præscribuntur, & tolluntur spatio 20. annor. computando hoc tempus à die commissi criminis; Communis, per text. in leg. Querela falsi 12. Cod. ad l. Cornel. de falsis, ibi: "Querela falsi temporalibus præscriptionibus non extenditur, nisi 20. annor. exceptione, sicuti cetera quoque fere crimina." (Concordat leg. 5. tit. 7. 22. lit. 9. p. 7.)
- 35 Dantur tamen quædam delicta, quorum actio ad accusandum minori tempore extinguitur, seu præscribitur; Sic actio injuriarum expirat, seu præscribitur lapsu unius anni; Communis, textu expresso in leg. Si non convitii 5. Cod. de injuriis, ibi: "Et ex eo die annus excessit, cum injuriarum actio anno tempore præscripta sit, ob injuriæ admissum conveniri non potest." Actio ad accusandum crimen peculatus extinguitur, seu præscribitur lapsu quinquennii. Communis, textu expresso in leg. Peculatus 7. ff. ad legem Jul. Peculatus, ibi: "Peculatus crimen ante quinquennium admissum obijci non oportet." (Prout in communi isti istud delictum committentes pena ordinaria puniuntur: ceterum si intra quinquennium à die scientie actio in iudicium non intendatur, postea corporalis poena locum non habebit, sed in quadruplum dumtaxat ingreditur.)
- 36 Item Actio ad accusandum adulterium, vel alia peccata carnis extinguitur, seu præscribitur lapsu quinquennii. (Leg. 4. tit. 17. p. 7. vid. verb. Adulterium. Et non omittas recognoscere leg. 3. præcedentem, in qua loquitur de casu separationis matrimonii, alia tempora ibi præfixiuntur.) Communis, textu expresso in leg. Mariti 29. §. 5. & seq. ff. Ad leg. Jul. de adulteris.
- 37 Excipitur tamen hic stuprum per vim illatum, textu expresso in cit. leg. Mariti §. 9. ibi: "Eum autem, qui per vim stuprum intulit mari, vel feminae sine præfinitione hujus temporis accusari posse, dubium non est, cum eum publicam vim committere, nulla dubitatio est." Item excipitur adulterium: cum

incestu, textu expresso in leg. Vim passam 39. §. 5. ff. Ad leg. Jul. de adulteris, ibi: "Præscriptio quinquennii criminis incesti conjunctionis adulterio non excluditur. Item excipitur Raptus, textu expresso in leg. Qui cætu 5. §. 2. ff. Ad leg. Juliam, de vi publica, ibi: "Qui vacante muliere rapuit, vel nuptiam, ultimo supplicio punitur, & si pater injuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus sine quinquennii præscriptione reum postulare poterit, cum Raptus crimen legis Jul. de adulteris potestatem excedat."

(In incestu, peccato carnis cum moniali, vidua honesta, & virgine leg. 2. tit. 18. 2. tit. 19. p. 7. dolose corruptentes eas per quinquennium proceditur: Contra Raptores earumdem, & crimen nefandum committentes actio datur vid. tit. 21. ejusd. part. sed tempus non præfixitur quando vires amittat, quare videtur in perpetuum durare, eo quod cum in publicam tendant vindictam, & de officio justitiæ prout in communi proceditur, semper permanet, sicut verificatur in homicidio, in quo licet pars læsa, seu injuriam passa propter consanguinitatem (Vid. verb. Homicidium) remiserit, officium justitiæ non supersedit. Legere non recuses D. Anton. Gom. tom. 3. & mica salis proxime assertum accipe).

Actio redhibitoria, qua Emptor intra sex menses, rescissa emptione, reddere potest eam propter vitium, quod si scivisset, non fuisset empturus, præscribitur contra emptorem sex mensibus computandis à die, quo emptor vitium rescivit. Communis, textu expresso in l. Sciendum §. 6. ff. de Reddito Edicto, ibi: "Tempus autem redhibitionis sex menses utiles habet."

Actio autem quanti minoris, competens intra annum illi, qui cognitio rei vitio, empturus quidem fuisset, sed minori pretio, ut quanti minoris emisset, repetere possit, præscribitur integro anno. Communis, textu expresso in cit. l. Sciendum §. 6. de Reddito Edicto, ibi: "Si autem mancipium non redhibetur, sed quanti minoris agitur, annus utilis est."

Ad præscribendum, aut quasi præscribendum contra legem civilem requiruntur, & sufficiunt decem anni, Communis. Vide verbum Consuetudo n. 20. Contra tamen legem canonicam requiruntur, & sufficiunt 40. anni. Vide ibid. num. 2. & seq.

Probabile tamen est, quod etiam ad præscribendum contra legem canonicam sufficiunt 10. anni, sicuti sufficiunt ad præscribendum contra legem civilem. Vide ibid. n. 23. & seq.

An requiratur bona fides ad præscribendum contra legem? Vide ibid. à n. 29. ad 31.

Quantum tempus requiratur ad præscriptionem Jurispatronatus? Vide verb. Juspatronatus art. 1. à n. 34. usq. in fin.

Præscriptio principaliter differt à Consuetudine, quia præscriptio datur inter privatos, & à privatis inducitur; Consuetudo vero non inducitur nisi à communitate, cum ipsa sit lex, & Jus non scriptum, leg. De quibus 32. ff. de legibus §. Sinescripto 9. Inst. De jure naturali. Vide verb. Consuetudo num. 36.

(Circa præcedentia, videlicet Redhibitoriam, Quanti minoris, atque legis civitatis præscriptionem, vide lit. C pag. 327. col. 1. lit. D pag. 79. col. 1. prope fin. atque lit. E pag. 242. num. 22.)

Dumtaxat videtur in antecedentibus §§. asseri, præscriptionem procedere, si per tempus præfixum possideatur: nihilominus neque quid sit possessio, neque quid sit proprietas, pertingitur: dominium quod in rebus habetur, est ista, illa vero ipsarum est insistentia: sic à leg. 27. tit. 2. p. 3. describitur seu definitur: per leg. 10. vers. otrosi decimos que proprietas: eadem est definitio, hoc tamen addito quod hæc verba scilicet proprietas, &

possessio promiscue accipiuntur, ex g. Si aliquis alteri suas omnes possessiones legaverit, totum comprehendit, videlicet; proprietatem seu rerum dominium ac etiam possessionem sive earum detentionem: aperius per leg. 1. tit. 28. & 1. tit. 30. p. 3. utrumque ostenditur: in illa dicitur, dominium nil aliud esse quam facultatem faciendi de rebus quomodocumque voluerit, dum actio fieri non adversatur: triplex est dominium, præmiens unum, quale in principe reperitur, dum maleficia puniuntur, justitiamque distribuit: (Vid. verb. Lex in addit. nov. hisp. cum tit. 1. p. 2. & leg. 1. 2. & 3. tit. 25. p. 4. lit. D pag. 96. in add. nov. post n. 11.) quod homines in rebus suis, movibilibus, immovibilibusve habent; secundum, transit ad suos successores post mortem eorum: tertium denique & ultimum est quod quisque in fructibus, redditibusve alicujus rei ad vitam, vel ad certum tempus, ut accidit in emphyteusi, (Vid. verb. Emphyteusis) in feudo, (Vid. verb. Feudum) in censu, (Vid. verb. Censu) & Lex 1. tit. 30. possessionem describit, id est pedis positionem: detentio rerum corporalium cum corpore & animo quoque definitur: in incorporalibus, ut sunt servitutes, non datur vere & proprie possessio, sed quasi possessio, eo quod corpore detineri nequeunt: in usu consistunt, quia si unus eis utitur, & dominus proprietatis consentit, tamquam si esset possessio iudicatur, propterea appellatur quasi possessio. Hæc sufficiunt pro horum verborum intelligentia; vide leg. 2. tit. dict. 30. p. 3. ubi duplicem esse possessionem, naturalem seu civilem, dicitur.)

* Præscriptio induci nunquam potest adversus Jus Divinum; raro autem adversus Jus commune ecclesiasticum; Benedicti XIV. tom. 2. constitut. 3. incip. Declarasti.*

¶ Non omnes præscriptiones eodem tempore complentur. Pro diversitate enim actionum alie complentur paucis mensibus, alie uno anno, alie duobus annis, alie tribus, alie quatuor, alie quinque, alie decem, alie triginta, alie quadraginta, alie centum, & alie denum tempore immemorabili.

¶ Utile porro esset de hisce omnibus præscriptionibus agere; At limites additionum haud patiuntur adeo diffusam tractationem. Satis sit indicare, qui de ipsis accuratissime, & accommodate ad praxim agit, Dupod de præscript. part. 2. à cap. 1. ad cap. 15. Consule eum igitur, (De nostris, vid. D. Bayo praxi ecclesiastica lib. 1. cap. 24. ubi multa species præscriptionis reperitur, ibique plures Auctores citatos invenies) ubi ita res postulat.

PRÆSENTATIO, PRÆSENTATUS AD BENEFICIUM.

- Præsentatio, quando competit vigore Turni, non dicitur consumpta in primo præsentato, si hic post acceptatam præsentationem renuntiavit, vel alias institutio effectum non habuit, ut respondit Sac. Congreg. Concl. in Bononien. 10. Aprilis 1680. seu 1681. apud Monacell. part. 2. tit. 15. formul. 1. num. 12. & facit cap. Si electio 26. de election. in 6. ac tenet ibi Barbosa n. 2. & 3. citans Rotam, & alios.
- * Præsentans, aut Nominans ad Episcopatum, digniores promovere tenentur, Benedictus XIV. tom. 1. constitut. 5. incip. Ad Apostolicæ §. 7. Præsentatio ad beneficia de Juspatronatus Ecclesiastici in mente Apostolicæ Sedi non reservato fieri debet coram Ordinario, Idem tom. 2. constitut. 32. incip. Dum universi.: Si autem patronus sit S. R. E. Cardinalis habens indultum conferendi beneficia, etiam reservata, quando præsentat vigore indulti, præsentatio fieri debet coram Pontifice; Idem ibid.*
- * Circa præsentationem ad parochialem notanda sunt responsa Benedicti XIV. ad dubia sibi proposita ab Archiepiscopo Florentino in epistola incip. Reddita nobis, 9. Apr. 1746. I. Patronum Ecclesiasticum teneri in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum magis idoneum, & magis dignum inter approbatos ab Examinatoribus. II. Episcopum debere beneficium conferre præsentato à Patrono absque eo quod inquirat de illius iudicio, si inter examinatos nemo de hoc queratur; si vero sit qui queratur, teneri in dictum iudicium inquirere. III. Admittendam esse appellationem in devolutivo tantum, interpositam ab eo, qui se digniorem existimat, & posthabitus est, non retardata possessione præsentati, si Episcopi, & Patroni iudicium de magis digno conveniat. Si vero non conveniat, tunc si quis ex approbatis ab Examinatoribus & tamquam magis dignus præelectus à Patrono, patet se gravatum esse ad Episcopum, & ideo appellat, ejus appellationem operari debere ad effectum suspensionis, & interim Ecclesiam Parochialem remanere sub œconomio, donec lis finiatur.*
- Alla, Vide verb. Beneficia art. 3. à n. 69. & art. 5. à num. 31. Vide etiam verb. Juspatronatus art. 3. n. 36. & art. 4. à n. 5. usque ad num. 103.

PRÆSTIMONIUM.

SUMMARIUM.

- 1 Præstimonium vi nominis, quid sit.
- 2 Præstimonium sumptum pro portione præstimonialem, quid sit.
- 3 Præstimonia, seu portiones præstimoniales cum dantur solummodo ad certum tempus in vita subsidium, non sunt Beneficium Ecclesiasticum proprie dictum.
- 4 Si autem præstimonia congerantur in titulum, atque in perpetuum, tunc connumerantur inter Beneficia proprie dicta.
- 5 Talia præstimonia in Titulum perpetuum beneficii collata, quamvis habeant annexum onus spirituale recitandi horas canonicas, ex sua ipsius institutione nulli n. servitium in Ecclesia habere solent.
- 6 Præstimonia autem data solummodo ad tempus, cum non sint proprie beneficia, habent solum sæpe adjunctum onus orandi quotidie quinquies Patet & Ave.

Præstimonium vi nominis idem est ac præstimonium; Sic Hostiensis in cap. Postulasti, de Rescriptis, Menochius lib. 2. de arbit. Judic. cap. 201. n. 56. & alii. Prout autem Præstimonium sumitur pro portione præstimonialem, nihil aliud est, quam stipendium, quod ab ecclesiasticis redditibus abstractum dari solet Canonice, vel aliis Clericis in vita subsidium, præsentim ubi literis, seu studiis vacant; Menochius loc. cit. n. 56. Layman lib. 4. Theol. moral. tract. 2. cap. 5. num. 5. & 6. & alii passim.

Præstimonia, seu portiones præstimoniales, cum dantur solummodo ad certum tempus in vita subsidium, v. gr. durante tempore studiorum, non sunt beneficium ecclesiasticum proprie dictum. Menochius loc. cit. n. 57. & 60. Layman loc. cit. n. 5. & 6. Azorius part. 2. Instit. moral. cap. 7. quasi. 1. testans de communi. Et ratio est clara, quia de ratione beneficii proprie dicti est tribuere Jus percipiendi fructus ex bonis Ecclesie; adeoque, cum præstimonia dantur solummodo ad certum tempus, v. gr. ad tempus studiorum, non sunt beneficium proprie dictum.

Si autem præstimonia conferantur in titulum, atque

in perpetuum, ita ut cum obitu illius, qui accepit, vacent (prout in Hispaniis communiter dari talia præstimonia testantur Garcia de benefic. part. 1. cap. 2. n. 218. & Fagnan. in cap. Ad audientiam 31. de Rescriptis n. 62. Gonzalez ad regul. 7. Canc. gloss. 5. §. 2. & alii) tunc connumerantur inter beneficia proprie dicta, ut tenent Menochius loc. cit. cap. 58. & 59. Azorius loc. cit. cap. 7. q. 2. Garcia loc. cit. n. 117. & alii passim, per text. in cap. ultim. de concession. præbend. in 6. ubi præstimonia aperte connumerantur inter Beneficia, ibi "Concessione super Canonicatibus, Dignitatibus, præstimoniis, & aliis quibuscumque Beneficiis ecclesiasticis": in tali enim casu nihil ipsis deficit ex requisitis ad beneficium ecclesiasticum.

5 Talia præstimonia in titulum perpetuum beneficii data, seu collata, quamvis habeant annexum onus spirituale recitandi horas canonicas; Ex sua tamen institutione nullum servitium in Ecclesia habere solent. Garcia de beneficiis part. 1. cap. 2. n. 117. cum aliis ibi citatis, Azorius cap. 2. Institut. moral. cap. 7. q. 1. vers. In hac Controversia: ubi expresse dicit, quod "qui præstimonia nunc habent, liberi assiat ab onere, obligatione, & præcepto residentii in Ecclesiis, quarum sunt præstimonia, ita ut nec per alios in sui locum successores, inseruire ullo Jure cogantur, quod certe horum beneficiorum est proprium."

6 Præstimonia autem data solummodo ad tempus, v. g. durante tempore studiorum, cum ex dictis supra n. 3. non sint proprie beneficia, habent solum sæpe adjunctum onus orandi quotidie quinquies Patris, & Ave. Sic refert La Croix lib. 4. n. 217.

7 Præstimonia licet antiquis temporibus nihil aliud essent, quam certe portiones fructuum, quæ à Capitulis Ecclesiarum præstabantur illis, qui literis operam navarent; deinde tamen inter Ecclesiastica beneficia enumerata sunt, & tamquam beneficia ecclesiastica conferri consueverunt fere ubique, & præstim in Hispania, ita ut obnoxia sint Apostolice reservationis. Confer Rot. in Aurien. beneficii de Serboi 12. Martii 1715. §. Non revelant, coram bona memoria Ratt., & 25. Februarii 1726. §. Posita, coram bona memoria Cerro, & 12. Aprilis, 1728. §. Hujusmodi, coram mox dicto bona memoria Ratt. (Vide in fin. verb. Beneficium, in Bulla D. Bened. XIV. inibi contenta).

PRÆSUMPTIO.

SUMMARIUM.

- 1 Præsumptio generatim sumpta, alia est, quæ dicitur filia superbia, & alia, quæ est quoddam probationis genus.
- 2 Præsumptio filia Superbiæ quid sit.
- 3 Præsumptio, prout est quoddam probationis genus, quid sit.
- 4 Talis præsumptio ex vi nominis quid sit.
- 5 Præsumptio alia est Juris, & alia est hominis.
- 6 Præsumptio Juris quæ sit.
- 7 Præsumptio hominis quæ sit.
- 8 Præsumptio Juris subdividitur in præsumptionem Juris tantum, & in præsumptionem Juris & de Jure.
- 9 Præsumptio Juris tantum quæ sit.
- 10 Præsumptio Juris, & de Jure quæ sit.
- 11 Omnis præsumptio cedit veritati.
- 12 Præsumptio hominis subdividitur in vehementem, seu violentam, in probabilem, & in levem, seu temerariam.

- 13 Præsumptio vehemens, seu violenta quæ sit.
- 14 Præsumptio probabilis quæ sit.
- 15 Præsumptio levis, seu temeraria quæ sit.
- 16 Præsumptio levis, seu temeraria nihil penitus probat, sed est omnino repellenda.
- 17 Præsumptio probabilis se sola probat tantum semiplene.
- 18 Si autem præsumptio probabilis adjuvetur publica fama, vel aliis adminiculis, potest etiam facere plenam probationem.
- 19 Præsumptio vehemens; seu violenta facit plenam probationem, adeo ut ad condemnationem sufficiat saltem in causis civilibus, non nimium arduis.
- 20 Ex solis præsumptionibus etiam vehementibus nemo in causa criminali criminaliter mota condemnandus est; nisi tamen sint indubitata, & luce clariora, seu talia, quæ evidentiam rei inducant.
- 21 Talia enim indicia sufficientem probationem consistunt, unde merito in conclusione excipiuntur; & hoc modo facile solvuntur argumenta contraria.
- 22 Præsumens prudenter restitutionem faciendam sibi liberaliter condonandam esse, si debitum suum manifestaret, vel rogaret dominum, non tenetur ad restitutionem; Quod si revera dominum innotum postea resciret, ad eam teneretur.
- 23 Inventus mortuus non est præsumendus à se ipso, vel à demone occisus, nisi signa adsint; unde non ideo statim privari debet sepultura ecclesiastica.
- 24 Subnectuntur Supplementa.

Præsumptio generatim sumpta alia est, quæ dicitur filia Superbiæ, & alia, quæ est quoddam probationis genus. Communis. Præsumptio filia Superbiæ appetit temere aliquid aggreddendi supra vires, seu contra Jus; sic cum homo vult temere facere, seu tentare aliquid supra id quod potest, seu contra Jus, dicitur Præsumptuosus; Unde Præsumptio, prout importat temere tentare, seu facere aliquid contra Jus, habetur in Jure non semel expresse, & signanter in c. Sed nec 4. Ne Clerici, vel Monachi, ibi: Ne... Clericorum quisquam exerceat præsumptus; Et Clement. 1. de privilegiis, ibi: Religiosi, qui... & pana & culpa absolvere quemquam præsumperint, & sæpe alibi. (Ad rem vide lit. S pag. 452.)

Præsumptio autem, ut est quoddam probationis genus, definitur, quod sit rationabilis conjectura (vel probatio) rei dubiæ collecta ex argumentis, & indicis, quæ per rerum circumstantias frequenter eveniunt. Sic in re Communis; & de præsumptione sic sumpta erit hic sermo.

Præsumptio igitur sic sumpta ex vi nominis idem est ac ante, & sumptio, hoc est antepsumptio, quia videlicet ante legitimas probationes aliquid sumit pro vero. Ita Simanca lib. Catholice. Inst. tit. 50. de præst. Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 7. n. 4. Reiffenstuel. l. 2. Decr. tom. 23. n. 2. & alii.

Præsumptio alia est Juris, & alia est hominis Communis.

Præsumptio Juris est, quæ ex Juris auctoritate, ac præcepto procedit, quando scilicet lex ipsa ex aliquo indicio rem dubiam colligit; Sive quæ in ipso Jure est scripta, vel à lege approbata. Sic in re Communis. Præsumptio hominis è contra est, quæ nullo Jure scripta reperitur, sed juxta rerum, & circumstantiarumque exigentiam, & varietatem ex variis verisimilibus conjecturis, seu indicis prudentis hominis, scilicet Judicis arbitrio, concipiatur, seu formatur. Sic in re Communis.

Præsumptio Juris subdividitur in præsumptionem Juris tantum, & in præsumptionem Juris, & de Jure. Communis.

9 manis. Præsumptio Juris tantum est illa, cui Jus tandem innititur donec contrarium probetur; contra hanc enim præsumptionem probatio in contrarium admittitur. Sic in re Communis. Hinc de Jure quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus; ut cap. Mandata 6. de præsumptionibus, ibi: Quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conversatione tua presumanus, & cap. Dudum 16. eodem, ibi: Cum prima facie præsumatur idoneus, nisi aliud in contrarium ostendatur. Et contra ex cap. Semel malus 8. de Regul. Juris in 6. ibi: Semel malus semper præsumitur esse malus, (Vid. lit. M pag. 235. col. 1. in pren. pag. 107. lit. T) intellige tamen in eodem genere mali, ut explicat Glossa ibid. in casu, & nisi de emendatione appareat; cap. Ferrum 18. dist. 50. Item hac præsumptione Juris vicinus præsumitur scire ea, quæ facta sunt in vicinia; cap. Quosdam 7. de præsumptionibus, in cujus sumario sic expresse habet: Ex vicinitate præsumitur notitia facti loci vicini, & concordat cap. Quanto 8. eodem, in cujus sumario sic præcise notatur: Præsumitur factum notum in vicino loco, quod est notum in remoto, (Conducunt leges 11. tit. 23. lib. 8. Recop. 13. tit. 13. lib. 8. Ord. Reg. 3. tit. 17. lib. 4. For. Reg. in eaque D. Alphons. Diaz de Montalvo: Vid. etiam D. Anton. Gom. tom. 3. cap. 12. n. 2.) Item præsumitur filius ex uxore natus, cum qua vir cohabitavit; l. Fillium 6. ff. De his, qui sui, vel alieni Juris sunt; (leg. 9. tit. 14. p. 3. cum duabus seqq.) Item si Chirographum debitoris sit cancellatum, vel deletum præsumitur debitori esse satisfactum; l. Si Chirographum 24. ff. de probationibus. Et sic de plurimis similibus. (Leg. 11. tit. 19. p. 3. 40. tit. 13. q. tit. 14. p. 5.)

10 Præsumptio Juris, & de Jure est illa, cui Jus adeo fortiter innititur, ut eam plene pro veritate habendam decernat; Unde hæc præsumptio in foro judiciali tantum operatur, quantum veritas. Et contra hanc præsumptionem regulariter non admittitur probatio in contrarium; textu expresse in cap. Is, qui fidem 30. de sponsalibus, ibi: Contra præsumptionem hujusmodi non est probatio admittenda. Nisi de contraria veritate aperte constet, quia tunc omnis præsumptio cessat, & cedit veritati, argum. cap. Super hoc 5. de renuntiati. leg. Continuum 137. ff. De verb. significati. leg. ultim. ff. Quod metus causa, leg. Imperatoris, ff. De probationibus. Et sic in re Communis Doctores. Et de hac præsumptione Juris, & de Jure plena exempla habentur in utroque Jure; Sic in cit. cap. Is, qui fidem 30. de spons. cognoscens sponsam de futuro præsumitur in Matrimonium consensisse, ita ut non admittatur probatio in contrarium; Hodieternale Matrimonium præsumptum propter subsequentam copulam carnalem, tamquam clandestinum est reprobatum, & irritum per Concil. Trid. sess. 24. cap. 11. de reform. Matrimon. Item in Clement. Literis, de Probation. contra literas Summi Pontificis de facto proprio attestantis non admittitur probatio in contrarium; item in leg. ult. Cod. Arbitrium Tutor. præsumitur, quod res in Inventario à Tutore descriptæ vere fuerint in bonis defuncti, nec regulariter admittitur idem Tutor ad probandum oppositum, & sic plura alia habentur in Jure consimilia exempla, quæ adducit Glossa final. in cit. cap. Is, qui fidem 30. verb. Contra præsumptionem, de spons. (Vid. circa præcedentia leg. 3. & 8. tit. 1. p. 4. lit. D. in addit. nov. pag. 59. col. 1. verb. Impedimenta matrimonii: leg. 12. tit. 18. p. 3. cum leg. 94. & 100. ejusd. tit. & p. & verb. Tutor, Tutela.)

11 Præsumptio hominis subdividitur in vehementem, seu violentam, in probabilem, & in levem, seu temerariam. Communis. Præsumptio vehemens, seu violenta, est, quæ per urgentes conjecturas vehementer movet, & quasi violenter trahit animum Judicis ad credendum; Sic in re Communis. Et exemplum hujus vehementis, seu violentæ præsumptionis est, si mulier undecimo mense post mortem mariti peperit; præsumitur enim tunc ex fornicatione perisse, & sic de similibus. Præsumptio probabilis est, quæ oritur ex probabilibus, & minus urgentibus conjecturis, & indicis; Sic in re Communis. Et exemplum hujus probabilis præsumptionis est, quod non sit virgo illa femina, quæ sæpe in obscuris, & remotis locis sola cum juvenibus, & uxoris versatur, & sic de similibus. Præsumptio levis, seu temeraria est, quæ ex levibus, & minus probabilibus, ac proinde insufficientibus conjecturis, & indicis oritur, vel ex factis æque in bonam, & malam partem referribilibus concipitur; Sic in re Communis. Et exemplum hujus levis, seu temerariæ præsumptionis est, si quis v. g. suspicetur Petrum esse adulterum, quia interdum conversatur cum alterius uxore, etsi non in loco suspecto, & sic de similibus.

12 Præsumptio levis, seu temeraria nihil penitus probat, sed est omnino repellenda; Communis, per text. in c. Primo semper 13. caus. 2. q. 2. c. Oves 9. caus. 6. q. 1. & c. Inquisitioni tuæ 44. §. In secundo, de sent. excomm. ubi expresse statuitur, conscientiam levis, & temerariæ credulitatis esse expellendam; ibi: Conscientia levis, & temeraria credulitatis expulsa.

13 Præsumptio probabilis se sola probat tantum semiplene; colligitur clare ex cit. cap. Inquisitioni tuæ 44. §. fm. de sentent. excomm. & ex cap. Tertio loco 14. de præsumptionibus, in quo habita tali præsumptione probabilis defertur partibus juramentum suppletorium; Illud enim defertur non potuisset, si præsumptio illa semiplene non probasset; argum. leg. In bonæ fidei, Cod. De rebus credit. neque potuisset exigi, si dicta præsumptio plene probasset; cap. Sicut 2. de probationibus. Et sic tenent passim Doctores.

Præsumptio probabilis se sola probat tantum semiplene; colligitur clare ex cit. cap. Inquisitioni tuæ 44. §. fm. de sentent. excomm. & ex cap. Tertio loco 14. de præsumptionibus, in quo habita tali præsumptione probabilis defertur partibus juramentum suppletorium; Illud enim defertur non potuisset, si præsumptio illa semiplene non probasset; argum. leg. In bonæ fidei, Cod. De rebus credit. neque potuisset exigi, si dicta præsumptio plene probasset; cap. Sicut 2. de probationibus. Et sic tenent passim Doctores.

Si autem præsumptio probabilis adjuvetur publica fama, vel aliis adminiculis, potest etiam facere plenam probationem; colligitur clare ex cap. Illud 11. de præsumptionibus; junctio ejus Summario, ubi dicitur, quod per cohabitationem diutinam, & famam de Matrimonio, aliaque adminicula, probatur Matrimonium; & ex cap. Tertio loco 13. eodem, junctura Glossa, & DD. ibidem.

Præsumptio vehemens, seu violenta facit plenam probationem, adeo ut ad condemnationem sufficiat saltem in causis civilibus non nimium arduis. Communis, per textum in cap. Afferte 2. de præsumptionibus, ubi refertur, quod Salomon Regum Sapientissimus ex hujusmodi violenta præsumptione tulit definitivam sententiam inter duas feminas de filio vivente coram eo litigantibus, & in ejus Summario expresse dicitur: Ex violenta præsumptione fertur definitiva. (Vid. leg. 8. tit. 14. p. 3. ibi: Et au aiotra: & c.)

Dicitur autem notanter: Adeo ut ad condemnationem sufficiat saltem in causis civilibus non nimium arduis: quia an in causis criminalibus (quibus æquiparantur causæ civiles arduæ, & magni momenti) Reus ex præsumptionibus etiam vehementibus, seu violentis condemnari possit? multum variant Doctores; Aliqui enim affirmant, & alii negant; Alii autem mediam viam tenentes, dicunt, condemnari quidem posse reum ex præsumptionibus vehementibus, & violentis; at tamen ad penam solum mitiorem, seu extraordinariam, ut notant, & referunt Menochius l. 1. de præsumptionibus quest. 97. n. 9. & seq. Engel. l. 2. Decretal. tit. 23. n. 3. Fachin. lib. 1. Controvers. Jur. cap. 29. & alii. In hac igitur opinione varietate concludendum est, quod ex solis præsumptionibus etiam vehementibus, & violentis nemo in causa criminali criminaliter mota con-

dem-
Pp 2

demandum est; nisi tamen indicia sint indubitata, & luce clariora, seu talia quæ evidentiam rei inducant. Sic Engel lib. 2. Dec. tit. 23. n. 4. & seq. Pirhing. ibid. n. 49. Reiff. ibid. n. 63. Fachin. cir. lib. 1. Controv. Jur. cap. 29. Mascard. de probationibus conclus. 1128. num. 73. & seq. cum aliis ibi citatis, per textum expressum in cap. Literas vestras 14. de presumptionibus, ubi: Propter suspicionem, quamvis vehementem, nolumus illum de tali gravi crimine condemnari, juncto ejus Summario, ubi sic expresse habetur. Propter presumptionem, etiam vehementem, non debet quis de gravi crimine condemnari; Et sic ibi Abbas n. 5. & alii Canonistæ communiter, teste Pirhing. loc. cit. Et ratio est, quia in causis criminalibus criminaliter motis, ut possit Reus condemnari, requirunt probationes indubitata, & luce meridiana clariores, & ultim. Cod. de Probationibus, ubi: Instructa aperitissimis documentis, vel iudiciis ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita; Alioquin epim præstat nocentem dimittere, quam innocentem condemnare; I. Absentem 5. de panis: Tum quia si in civilibus causis regulariter favorabiliores sunt partes Rei, quam Actoris & priorius debemus esse ad absolvendum, quam condemnandum, cum promptiora sint jura ad absolvendum, quam ad condemnandum, textu expresso in cap. Ex Literis 3. de probationibus, l. Arianus 45. ff. De obligationibus, & action. cum similibus, multo magis id debet verificari in criminalibus, cum multo plus sit alicui eripere vitam, & sanguinem, quam pecunias, & modica temporalia.

11 Merito autem fuit addita in conclusione illa limitatio: Nisi tamen indicia sint indubitata, & luce clariora, seu talia, quæ evidentiam rei inducant, ut v. gr. Si maritus per annum absente, interim uxor prægnans inveniatur, si vir cum femina in eodem lecto nudus cum nuda deprehendatur, & hujusmodi quia cum talia indicia sint indubitata, evidentia, & luce meridiana clariora, sufficientem probationem constituent, adeoque in conclusione expresse excipiuntur; Et sic tenent citati Doctores, & alii passim; Et hoc modo facile solvuntur argumenta, quæ ab adversariis afferunt ex l. ult. Cod. de Probationibus, ubi dicitur etiam indicia sufficere posse ad condemnationem in causa criminali: Item ex cap. Literis 12. & cap. Tertio loco 13. de presumptionibus, ubi habentur solæ presumptiones, & tamen ex illis lata est sententia; Respondetur enim, quod textus in cit. l. ult. loquitur dumtaxat de iudiciis indubitatis, & luce clarioribus, ut patet ex verbis ipsius numero antecedenti relatis: Ad Cap. Ex literis, & cap. Tertio loco: Respondetur, quod ibi intervenit indicia indubitata carnis, ut legenti patet; Immo indicia in cit. Tertio loco: relata manifestam facti evidentiam induxerunt, ut ibi fatetur ipsemet Pontifex, qui ex ipsis sententiam tulit, ibi: Nos autem, quæ dicta sunt, intelligentes, præsertim cum hoc non dicatur occultum, sed quasi prædicatur a pluribus manifestum: (Vid. verb. Pæna, & leg. 7. tit. 31. p. 7. Vide etiam D. Anton. Gomez tom. 3. cap. 12.)

22 Præsumens prudenter restitutionem faciendam, sibi liberaliter condonandam esse, si debitum suum manifestaret, vel rogaret dominum, non tenetur ad restitutionem, quia tunc adest voluntas præsumpta domini sufficiens, ut retentio non fiat, illo quoad substantiam invito. Quod si revera dominum invitum postea resciret, ad eam teneretur. Molina tom. 3. d. 68. n. 5. Burg. Centur. 3. caus. 85. Lugo dispens. 21. d. numer. 53. La-Croix lib. 3. part. 2. numer. 462. cum Less. Reginald. Sa ibi citatis, & alii passim. Vide in calce Tomi verb. Præsumptio.

37 Nimis periculosa hæc opinio est, adeoque falsa, & in praxi rejicienda.

38 Notet Theologus, quod mea, aliorumque conclusio dicit: Præsumens prudenter restitutionem faciendam, sibi liberaliter condonandam esse, si debitum suum manifestaret, vel rogaret dominum &c. Id enim prudenter præsumens præsumit cum valido fundamento attentis omnibus circumstantiis v. gr. parentela, amicitia, liberalitatis, divitiarum domini seu creditoris, ejusdem commiserationis, paupertatis debitoris, ac hujusmodi, quibus vere intervenientibus non est falsa, nec in praxi rejicienda dicta conclusio; præsertim quia Ego ibi concludo: quod si revera dominum invitum postea debitor resciret, ad restitutionem teneretur.

39 Inventus mortuus non est præsumendus à seipso, vel demone occisus, nisi signa certa adsint, v. gr. si inveniatur in laqueo mortuus, si caput plane in tergum sit obtortum & hujusmodi; Unde non ideo statim privari debet sepultura ecclesiastica, quia talis non sufficienter probatur esse malus, cum potius præsumi debeat mortuus morte naturali, & præsumendum est semper pro cujusque innocentia, cum de Jure quilibet præsumatur bonus, donec probetur malus; cap. In cunctis 52. caus. 11. q. 3. cap. Mandata 6. & cap. Dudum 16. de presumptionibus. La-Croix l. 4. n. 1477. & alii. (Vid. sup. n. 9. verb. Sepultura.)

40 Præsumptio Concessionis Apostolicæ non admittitur in iis, quæ nunquam à Sede Apostolica concedi solent. Benedic. XIV. tom. 2. Constit. 3. incip. Declarasti: *

41 Probatio inartificialis instruitur ex præsumptione. Est autem præsumptio, conjectura probabilis desumpta ex circumstantiis ejusmodi, quæ probabiliter animo ingenerare possunt.

42 Dividitur præsumptio in præsumptionem Juris & 27 præsumptionem hominis. Vulgo creditur omnem præsumptionem, quæ in jure reperitur expressa, Juris esse, eam vero præsumptionem, quæ in jure non exprimitur, esse Hominis. At male. Potest enim esse 29 præsumptio Juris, tametsi in jure non expressa. Quum enim is, qui jurisdictioni præest, debeat procedere ad similia; l. 12. ff. de Legib. omnis præsumptio, ex qua aliquid legitime inferitur, esset dicenda Juris, quia licet expresse in legibus non contineretur, sufficere tamen posset, quod legibus præcæsumta ita ad similes casus fieret extensio. Confer Bohemer. in dissert. de collis Præsumpt. cap. 1. §. 9. Contra vero non omnis præsumptio in jure expressa est Juris, pariterque effectus præsumptionis Juris. Aut (recte inquit Andreol. Controvers. 104. in fin.) lex habet hujusmodi præsumptionem pro vera, adeo ut faciat plenam probationem, tunc semper transfundit onus probandi in eum, contra quem stat præsumptio. Aut lex tantum eam habet pro adjuvante veritatem, non pro fundante, tunc non sufficit ad transferendum onus probandi contrarium, sed solum confirmat probationem probantis minus plenum.

43 Quoad effectus differunt inter se præsumptio Juris, & præsumptio hominis. I. Præsumptio Juris liberat à 33 probando, non vero hominis, quæ probantem saltem adjuvat. II. Illam sequitur Judex in dubio in causis civilibus, & pro eo pronunciat, pro quo est præsumptio, nequaquam vero hæc, utpote quæ vim probandi plenam non habet. III. Illa rejicit onus probandi in Adversarium, non item hæc, quia alioquin Actor qui onus probandi subire debet, leves quasdam presumptiones pro se adferre, & ita argere posset Reum contrarium probare debere, id quod tamen praxi repugnat. Qui probare tenetur, non nudis conjecturis incedere debet. IV. Illa vim probationis habet; non hæc, quæ aliquando, vel purgatorio, vel suppletorio facit locum, quam præsumptio juris adjumento nullo indiget. Consule Coccejum de 44

direct. probat. negatio. c. 3. §. 8. & 9.

37 Præsumptio juris dividitur in præsumptionem Juris tantum, & præsumptionem juris, & de jure. Hæc adeo fortis reputatur, ut probationem in contrarium haud admittat. At admittere probationem in contrarium, & præsumptionem hæc juris, & de jure, demonstrare nituntur Coccejus in dissert. de Probat. negatio. cap. 3. fere per tot. Bohemer. in dissert. de Collis. Probat. c. 1. §. 5. & plur. sequent.

39 Fundantur præsumptiones rationibus naturalibus generalibus, quæ ut plurimum locum habere, & in vita communi contingere solent, ex quibus subinde varis speciales conclusiones derivantur. Prima, eaque generalis Regula est, quod naturalia inesse 41 subjecto præsumuntur. Altera Regula est; Mutatio non præsumitur. Tertia Regula: Præsumptio faciendi in meliorem partem. Vide Conclusiones speciales ex his regulis derivatas apud Bohemer. in decretal. lib. 2. tit. 23. §. 4. & plur. sequent.

43 Aliquando utrinque præsumptiones concurrunt, ita ut collis oriatur. Judicio propterea limato opus est, ut attendatur quantum sint fortiores, probabiliores, & specialiores, utpote quæ debiliores enervant, tolluntque, ut pro veritate amplius haberi nequeant.

45 Meo judicio Bohemer. in cit. dissert. de Collis. Præsumpt. cap. 20. per tot. rejectis Regulis à Menochio aliisque traditis, alias suggestis huic rei maxime inservientes. Ad ipsum ubi e re tua sit materiam hæc discutere. (Vid. verb. Probatio.)

PRÆVENTIO JURISDICTIONIS.

U M M A R I U M.

- 1 Præventio Jurisdictionis quid sit.
 - 2 Præventio Jurisdictionis potest contingere tripliciter. Primo in causa mixti fori.
 - 3 Secundo in Reo mutante domicilium.
 - 4 Tertio in pluribus delegatis in solidum.
 - 5 Præventio fori, seu Jurisdictionis inducitur per citationem legitime interpositam.
 - 6 Ut præventio per citationem inducatur, requiritur quod fuerit legitime facta.
 - 7 Citatio ut inducat præventionem, requiritur, quod emanaverit auctoritate judicis, atque ad petitionem partis; nec sufficit, quod fiat à Judice motu proprio ubi agitur ad utilitatem privatam.
 - 8 Sufficit tamen citatio facta à Judice motu proprio quando procedit ex officio ad utilitatem publicam.
 - 9 Sufficit citatio unica, & simplex ad notitiam citati perventa, sive sit verbalis, sive realis, seu facta per capturam.
 - 10 Citatio autem realis, seu facta per capturam fortior est, ac præfertur citationi verbali, etiam anteriori.
 - 11 Cetera, quæ sequuntur, non indigent summario, cum satis summarie tradantur, ut collecta à D. Petro Andrea Riccio in sua Synopsi verb. Præventio.
 - 12 Aditi. proponuntur.
- 1 Præventio Jurisdictionis est illa, per quam unus Judex Jurisdictionem alterius Judicis ceteroquin etiam competens prævenit, seu præoccupat, ita ut iste amplius causæ præventæ se nequeat introumittere. Sic in re Communis.
- 2 Præventio Jurisdictionis potest contingere tripliciter. Primo in causis mixti fori quæ scilicet in utroque foro tam ecclesiastico, quam civili tractari possunt, ita ut præventionis locus sit; Sic desumitur ex c. Sicut quedam 38. caus. 23. q. 5. & c. 1.

de Offic. Ordin. ac notavit Sacra Congregatio Immunitatis sæpe sapius, & signanter in Sorana 18. Feb. 1631. apud Pignat. rom. 5. consult. 2. n. 58. & in decretis, quæ infra à n. 11. dantur. Secundo in Reo mutante domicilium, postquam à Judice prioris loci jam citatus, sicque præventus fuit; c. Proposuiti 19. de Foro competente. Tertio in pluribus delegatis in solidum; nam tunc uno eorum causam commissam, seu delegatam inchoante, alii se nequeunt introumittere, cap. Cum plures 8. de Officio Delegati in 6.

Præventio fori, seu jurisdictionis inducitur per citationem legitime interpositam. Communis, per textum in cit. cap. Proposuiti 19. De Foro competente, juncto ejus Summario; c. Non injuste 14. de Procur. c. Si quis justo 46. §. 1. de Elect. in 6. l. Si quis postquam 7. l. Qui appell. 29. & l. Ubi acceptum 30. ff. De Judicis, cum similibus.

Ut Præventio per citationem inducatur, requiritur, quod fuerit legitime facta; cit. c. Proposuiti 19. de foro competente: Alias esset invalida, & citatio invalida, seu facta à Judice incompetente, vel à Jure reprobata, non arctat Citatum; cap. Bonæ memoriæ 36. de Electione, juncta ibi Glossa finali communiter recepta; Nec perpetuat Jurisdictionem Citantis; arg. cit. c. Proposuiti 19. De foro competente; juncta Glossa ibidem & DD.

Ut per citationem inducatur præventio, atque perpetuetur Jurisdictio Judicis citantis, requiritur, quod dicta citatio emanaverit auctoritate Judicis ad petitionem partis; Unde ubi agitur ad utilitatem privatam, non sufficit, quod Judex motu proprio aliquem citaverit, aut quis extrajudicialiter alicui litem denunciaverit, ut recte notant Abbas in cit. cap. Proposuiti n. 3. Barb. ibi n. 2. & 3. Bartolus in leg. Ad peremptorium, ff. de Judicis, & alii, arg. cit. cap. Proposuiti ibi: ad petitionem ejusdem Adversarii sui à se legitime citatus ad causam.

Sufficit tamen citatio facta à Judice motu proprio, quando procedit ex officio ad utilitatem publicam, ut fit in Judicio inquisitionis, arg. c. Qualiter; & quando 24. de Accusationibus; Et sic Abbas loc. c. n. 3. Eng. l. 2. Decret. tit. 2. n. 52. & alii passim.

Sufficit citatio unica, & simplex ad notitiam citati perventa, sive sit verbalis, sive sit realis, seu facta per capturam; Maschardus, de Probationibus conclus. 1233. n. 7. & 8. & alii passim.

Citatio autem realis fortior est, ac præfertur citationi verbali, etiam anteriori. Fag. l. 5. Decret. in cap. Pervenit 2. de Adulteris n. 40. ubi cum Bartol. in l. Sepultura, ff. de sepulcr. violat. & aliis ibi citatis, docet, quod si in crimine mixti fori, Judex ecclesiasticus præveniat in citatione, laicus autem Judex præveniat in captura criminosa, adhuc præventio realis, seu captura facta à Judice laico præfertur præventioni verbali, licet anteriori factæ à Judice ecclesiastico; & idem tenent etiam Farinac. lib. 1. prax. criminal. tit. 2. de Inquisitione q. 7. n. 53. cum aliis ibi citatis, Reiffenstuel lib. 2. Decretal. tit. 2. n. 174. & alii; Et id sentire videtur Sac. Cong. Immun. in sequent. Decret.

In delictis mixti fori, qui prævenit in captura reali, procedat, præterquam in censuris; Nam super his solus Judex Ecclesiasticus procedere potest; Sac. Congr. Immun. in Senogall. 9. Octobris 1640. lib. 3. Decret. Paul. pag. 133.

Judex, qui prævenit realiter, cognoscere debet causam mixti fori, & in contumaciam uterque Judex procedere potest; Sac. Cong. Immun. in Cesenaten. 16. Julii 1626. lib. 1. Decret. Paul. pag. 9.

In dubio de præventione utriusque Curie causa stupri cognoscenda est ab Episcopo; Sac. Congreg. 13 Im-

- Immunit. in *Agnania* 30. Martii 1666. lib. *Decretal. Borrom. pag. 146.*
- 14 Atenta præventione in causa vulnerum Clerico infidelium laico, spectat ad Curiam episcopalem, non ad Governatorem; Sac. Congr. Immun. in *Senogallien.* 11. Augusti 1631. l. 2. *Decret. Paul. pag. 87.*
- 15 Quando laicus dedit causam rixæ cum Clerico à se invicem vulnerato, attendenda est præventio Judicis laici. Sacra Congr. Immun. in *Esina* 10. Jan. 1639. lib. 3. *Decret. Paul. pag. 83.*
- 16 Data præventionem per Curiam ecclesiasticam in cognitione causæ criminis nefandi, & facta assignatione domus pro carcere, Reus postea carceratus formiter per Curiam secularem recitatus, inde non dimittendus, nisi consulta Sacra Congregatione. Sac. Congr. Imm. in *Bononien.* 23. Martii 1683. l. 3. *Decret. Altoviti pag. 153.*
- 17 Posita præventionem Curie laicæ super delicto mixti fori, v. g. stupri, Curia ecclesiastica absteineat à procedendo. Sac. Congr. Immun. in *Nucerina* 8. Julii 1687. lib. *Decret. Marteli pag. 130.*
- 18 Amplia. Quamvis precipitanter, & absque sufficientibus probationibus Reus fuerit absolutus. Sac. Congr. Immun. ibi. In dubio an testis laicus pro falsitate examinis commissa coram Judice ecclesiastico puniri possit à Judice laico, vel potius ab eodem Judice ecclesiastico privative, non obstante præventionem fori laici, Congregatio censuit locum esse præventioni, nisi adsit contraria consuetudo. Sac. Congr. Immun. in *Lycien.* 11. Januarii 1665. lib. 1. *Decret. Vallem. pag. 166.*
- 19 Non obstante præventionem fori Ecclesiastici in causa furti sacrilegii, Sanctissimus advocat causam à Curia ecclesiastica, & illam committit Eminentissimo Legato Sac. Congr. Imm. in *Urbinat.* 21. Sept. 1697. lib. 2. *Decret. Vallemani pag. 113.* etiamsi fures sint Coloni Commendæ Relig. Jerosolymitanae.

Hæc materia ardua videtur: manifestatur dari delicta, in quibus cognoscere ecclesiasticus potest, etiamque secularis, per consequens mixti fori talia considerantur. Dum datur utriusque Curie præventio, causa stupri cognoscenda est ab Episcopo; si à Laico Clerico vulnera infligantur, præventionem data, Curia Ecclesiastica cognitionem assumit; dum Laicus, & Clericus rixam incipientes invicem vulnerantur, eandem attenditur præventio: quæ in mentem conservatur ad cognoscendum in causa atrocis criminis nefandi (Reflecte, & siste parumper ac per te judicium efformabitur posteaquam quæ in verb. Forum, pertinentur, etiamque in novis, hic apposita, perlegantur: tunc equidem tantæ considerationis hæc materia non videbitur).

Hæc quatuor, aliæque species, aut casus ab A. relati, responsonem ullam hic haud merentur: ut verò aliquantulum comprehendatur, quis Judex competens sit, scrutentur proposita (a). Nostrum non erit aliquid animadvertere, neque redigere in publicum, sed qui scrupulosè eversit, præter antecedenit adnotata non existimabit alienum inserere ultimam determinatum in stupri delicto (b).

(a) Vid. verb. Forum, verb. Judex.

(b) Reg. Sched. 29. Mart. 1770. Sabed: que en Consulta de veinte y tres de Febrero próximo puso el Consejo en mi Real inteligencia la representación que le hizo la Sala del Crimen de mi Real Audiencia de Cataluña, dando cuenta de que Don Manuel de Torrente y Castro, Ministro mas antiguo de ella, à consecuencia de la noticia que le comunicó uno de los Alcaldes de Barrio de su Quartel, de un delito de estupro cometido por un Oficial Militar, le había formado causa, y proveído el Auto de captura, y embargo de bienes, en uso de la jurisdicción ordinaria, y según lo prevenido en el artículo catorce de la Real Cédula expedida en trece de Agosto del año pasado de 1769. para el establecimiento de Quarreles, y Alcaldes de Barrio, por el qual se concedía à las Salas Criminales, y à los Alcaldes en sus respectivos Quarreles, que pudiesen conocer en todas las causas criminales, y de Policía contra qualesquiera clase

Ead. Sac. Congr. Imm. in *Senogallien.* 25. Februar. 1693. pag. 129.

Gravissima hic se offert quæstio, an præventio locum sibi vindicet per citationem, ex L. Diffamari C. de Ingen. & Manumiss.

Præventionem, & litis pendentiam per citationem hæc induci non tam respectu ipsius iudicii diffamatori, sed & respectu causæ principalis, tradunt Agid. Boss. de crimin. tit. de for. compet. numer. 107. Blarer ad L. Diffamari c. 4. n. 4. Adde etiam Mund. ad eandem l. Diffamari c. 5. §. 1. n. 36 & seq.

At negant Bruneman. ad L. Diffamari fere per tot. C. de Ingen. & Manumiss. Carpov. lib. 2. Respons. 34. n. 10. & sequent. Zanger. de excep. pari. 2. cap. 13. num. 22. Mev. decis. 198. fere per tot. part. 1. Diffamatus enim, ut mox laudati Auctores ajunt, non agit, sed per citationem alterum ad agendum invitat. Atque hinc inferunt, quod ejus citatio nullam litem pendentiam, seu præventionem inducere potest.

Alii distinguunt iudicium diffamationis inter, & causam principalem, tenentque induci præventionem quoad diffamationem, non item quoad causam principalem, quum sint separata iudicia, quorum diversi sunt fines, Gail. lib. 1. obs. 11. n. 6. Græv. lib. 1. concl. 11. n. 3.

(Summam materia supraextensa elucidationem accipiet, si quæ lit. A pag. 50. & 51. lit. D. pag. 45. ex num. 45. ad 53. conclusioe, lit. F pag. 56. & lit. J pag. 324. cum adit. hisp. & nov. notantur, memoriæ demandentur; adi nihilominus ad verb. Probatio, ubi, si, ut spes me non fallit, amplius tempus vacet, hic relatæ species amplificabuntur; ceterum omnis de medio ut tollatur ambiguitas circa ex num. 11. propositas præventiones, ad reg. sched. quæ lit C pag. 228. in addit. nov. verò. Quod satis est: enunciat, fiet recursus: eandem in supplemento tom. 10. ad ipsammet literam inveniens: perlege præsertim V. thesim ex n. 143.

PRE-

PRECARIUM, PRECARIE.

SUMMARIUM.

- 1 Precarium quid sit.
- 2 Precarium est species quædam liberalitatis, adeoque contractus gratuitus.
- 3 Precarium quomodo differat à Donatione.
- 4 Precarium in quibus simile sit Commodato.
- 5 Et in quibus ab ipso Commodato differat, ad n. 7.
- 6 Precarium expirat per revocationem concedentis.
- 7 Item expirat moriente illo, cui concessum est, non item morte illius, qui concessit.
- 8 Item expirat si istud concedens, rem Precario concessam alienaverit.
- 9 Precarie, seu Precaria in singulari numero quid.
- 10 Contractus Precarie, seu Precarium differt à contractu Precarii. Primo, quia Precarium locum habet tam in rebus mobilibus, quam immobilibus; Precaria autem solum in rebus immobilibus.
- 11 Secundo, quia Precarium ordinariè non conceditur ad certum, & determinatum tempus; Precarie autem conceditur vel ad dies vite, vel ad aliquod certum tempus.
- 12 Tertio, quia Precarium potest semper revocari pro arbitrio concedentis; precaria autem revocari non possunt, antequam tempus concessionis sit elapsum.
- 13 Dummodo tamen Precarie de rebus Ecclesie non sint irrationabiliter, seu in grave damnum Ecclesie factæ.
- 14 Ad concessionem precariam requiruntur Solemnitates Juris, quando conceduntur ultra triennium.
- 15 Secus vero, si non conceduntur ultra triennium.
- 16 Precarie expirant, quando ipsæ fuerint concessæ ad longum tempus, & elapso quinquentio, is, qui eas accepit, non petit renovationem earum.

19 Additiones subsequuntur.

Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur tantum, quamdiu is, qui concessit, patitur; sic expresse definitur in l. Precarium 1. ff. de precario, & concordat cap. Precarium 3. de precariis, ibi: Precarium utendum conceditur, quamdiu patitur, qui concessit.

Precarium est species quædam liberalitatis, adeoque contractus gratuitus; textu expresso in cit. l. Precarium §. 1. ff. De precario, ibi: Quod genus liberalitatis ex jure gentium descendit.

Precarium differt à donatione per hoc, quia qui donat sic dat ne amplius recipiat; Qui autem precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium solvere, seu revocare; textu expresso in c. l. Precarium §. 2. ibi: Et distat à donatione, eo quod, qui donat, sic dat, ne recipiat; At qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium solvere.

Precarium quamvis ex c. lege Precarium §. 3. simile sit commodato, quantum ad hoc, quia etiamsi, qui commodat alteri rem suam, sic commodat, ut eam non faciat recipientis, sed post certum tempus, aut completum usum ab eo recipiat, ibi: Et est simile commodato, nam & qui commodat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei rei commodata permittat; Nihilominus differt à commodato in pluribus aliis. Sic com. Doctor. Primo igitur differt precarium à commodato, quia qui rem commodatam recipit, nec civiliter, nec naturaliter possidet, cum rei commodatæ possessionem retineat ipsemet commodans; leg. Rei commodatæ 8. ff. Commodati, ibi: Rei Commodatæ, & possessionem, & proprietatem retinemus, & concordat §. Possidere, institut. de interdicitis; At vero is, qui precario rem accepit, naturaliter eam possidet, remanente possessione solum civili penes dominum concedentem; leg. Et habet 11. §. 4. ff. De precario, & ibi Glossa verb. Corpore, & verb. A possessione, & Glossa in cap. Precarium 3. de precario, verb. Precarium: Azot. part. 3. lib. 7. cap. 2. q. 4. Pirhing. lib. 3. *Decretal. tit. 14. sub n. 6. verb.* Secundo differunt: Reiffenstuel *ibid.* n. 8. & alii passim.

Secundo differt precarium à commodato, quia com-

gar el fundamento de la solicitud fundada en el artículo catorce de dicha Real Cédula, le hallaba mayor en las Ordenanzas Militares para no desentenderse del reo, desentendiéndose de la jurisdicción que se cometa al Tribunal de Guerra; y así que poniéndolo en noticia del mi Consejo, se suspendiese todo procedimiento mientras se declaraba la competencia; y que en su ejecución lo hacia presente dicha Sala, à efecto de que se tomase la providencia conveniente, à fin de que dicho establecimiento produxese las buenas consecuencias que le eran propias, y no se hiciesen tan frecuentes semejantes delitos con el asilo de estar exentos de la Jurisdicción ordinaria. Y con presencia de todo lo referido, y de lo expuesto en el asunto por el mi Fiscal, examinado por el mi Consejo la importancia de este asunto, teniendo presente, que por las Ordenanzas Militares está dispuesta la forma de castigar à los Oficiales, y Soldados que delinquen en qualquier crimen, y particularmente en éste, y persuadido à que nada puede ser mas conforme que el evitar competencias, para asegurar la mejor administracion de justicia, me expuso su parecer; y conformandome en todo con él, por mi Real resolución à la citada Consulta, he tenido por bien declarar, que en todos los Pueblos en

donde hubiese Xefe Militar, haya de conocer éste precisamente de sus causas, y delitos que cometiesen y en donde no le hubiese, por hallarse de tránsito, ó retirados, las Justicias ordinarias; que en conformidad de esta declaracion, sobreesca la referida Sala del Crimen de mi Real Audiencia de Cataluña en sus procedimientos contra dicho Oficial, y remita à su Juez Militar los Autos que hubiese formado contra él. Y habiéndose publicado en el mi Consejo esta mi Real resolución en veinte y dos de este mes, acordó su cumplimiento, y para que le tenga, expedir esta mi Cédula: Por lo qual os mandamos, que luego que la recibais, veais la citada mi Real resolución, y la guardéis, y cumplais, y hagais guardar, cumplir, y executar, según, y como en ella se contiene, ordena, y manda, sin permitir su contravencion ahora, ni en lo sucesivo en manera alguna, teniendo presente para su observancia en todos los casos que ocurran, sin embargo de lo dispuesto en el Artículo catorce de la Real Cédula expedida en trece de Agosto de 1769. para el establecimiento de Alcaldes de Barrio, pues en quanto à esto tengo à bien derogarle, y quiero que en lo demás quede en su fuerza y vigor: que así es mi voluntad.

commodatum conceditur utendum ad certum, & speciale usum, & ad certum tempus expressum, vel tacitum, ut si alicui commodetur equus ad faciendum iter, ad quod certum tempus requiritur, videlicet quantum ad commodum faciendum taliter sufficit & exigitur, l. Interdum 73. in princ. & l. Continuas 137. §. Cum ita, de verb. obligat. Precarium autem non datur ad certum, & determinatum usum, neque ad certum tempus, sed quamdiu concedens permiserit, sive Precarium non revocaverit, cit. l. Precarium 1. ff. De precario, & cit. c. Precarium 3. De precariis; Immo etiam Precarium concedatur ad certum tempus, v. gr. ad kalendas Julias, ut in l. Cum precario, 12. ff. De precario, tamen eo pacto conceditur, ut semper liberum sit concedenti revocare rem precario concessam, etiam ante tempus illud finitum; textu expresso in cit. Cum Precario, ff. De precario, & concordat cit. leg. Precarium, & cit. cap. Precarium: juncta Glossa ibid. verb. Per conventionem: & tenet Abbas ibid. numer. 11. & 12. Pirhing. loc. cit. numer. 6. Reiffenstuel loc. cit. numer. 6. & 7. & alii communiter.

7 Tertio differt precarium a commodato, quia qui rem precario accepit, tenetur duntaxat ex dolo, & culpa lata, quae dolo in Jure aequiparatur, non tamen ex culpa levi, & levissima, l. Quaesitum 8. §. 3. ff. De precario, leg. Contractus 23. ff. De Reg. Jur. Qui autem commodatum accepit, tenetur etiam ex culpa levi, & levissima, cit. leg. Quaesitum 8. §. 3. ff. De precario: Ubi etiam ratio affertur, quia precarium totum procedit ex mera liberalitate concedentis, qui potest illud revocare quandocumque voluerit, & ideo sibi imputare debet, si ipsum non revocavit, antequam accipientis commisit culpam levem in ejus custodia; secus autem est dicendum de commodato, quia ipsum non potest revocari ante completum usum, sive tempus determinatum: Unde commodatarius tenetur adhibere in custodia rei sibi commodatae majorem diligentiam, quam is, qui precario accepit in custodia rei precario acceptae. Sic Glossa in cit. leg. Quaesitum §. 2. verb. Ex liberalitate: Abbas in cit. cap. Precarium n. 15. Pirhing. loc. cit. n. 6. verb. Tertio differt: Reiff. loc. cit. n. 9. & alii passim.

8 Precarium expirat per revocationem Concedentis, Communis, per text. in leg. Precarium 1. & leg. Aut Praetor 2. de Precario & cap. Precarium 3. de precariis, ibi: Precarium utendum conceditur quamdiu patitur qui concessit, uti expresse etiam dicitur in cit. leg. Precarium, per verb. adducta supra n. 1.

9 Item precarium expirat moriente illo, cui concessa est, non item morte illius, qui concessit. Communis, textu expresso in c. cap. Precarium 3. De precariis, ibi: Solvitur quoque obitu ejus, cui concessum est, non etiam concedentis; Licet enim expirat per obitum ejus, cui concessum est, ex quo Precarium sit beneficium personale ipsi precanti concessum, & beneficium personale sequatur personam, & cum ipsa extinguitur, textu expresso in c. Privilegium 7. de Regul. juris in 6. ibi: Privilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona: Tamen non expirat per obitum ejus, qui concessit, sed transit ad ejus heredem; textu expresso in l. Quaesitum §. 1. & leg. Cum Precario 12. §. 1. ff. De precario, ibi: Precarii rogatio & ad heredem ejus, qui concessit, transit; Ad heredem autem ejus, qui Precario rogavit, non transit, quippe ipse duntaxat, non etiam heredi concessa possessio est.

10 Item precarium expirat, si istud concedens rem precarium concessam alienaverit; tunc enim emptor eam revocare potest, & sic per ejus revocationem expirat, & tollitur Precarium, Communis, textu

expresso in cap. Precarium 3. de Precariis, ubi dicitur, quod solvitur Precarium, Aut cum ipsum alienari contingit alicui hoc revocare volenti, quia per conventionem hujusmodi non licet rem alienam invito domino possideri.

Precarie, seu precaria in singulari numero est 11 contractus Jure Canonico introductus, quo alicui ad preces, & plerumque causa remunerationis, ususfructus alicujus praedii, vel alterius rei ecclesiasticae immobilis ad dies vitae, vel ad aliud tempus conceditur, ea lege, ut singulis quinquennialibus renovatio hujus concessionis, seu contractus petatur; Sic in re Communis, per text. in cap. Ea etiam 2. cap. Precariae nomine 3. c. Precariae, de quinquennio 4. & cap. de Precariis 5. caus. 10. q. 2. & c. Precariae 1. & c. de precariis 2. de Precariis.

Contractus precariae, seu precarium multum 12 differt a contractu precarii; Primo enim differt, quia precario concedi possunt tam res mobiles, quam res immobiles: Item Jura, & servitutes, v. gr. iter, vel actus per fundum alterius; l. Praetor 2. §. 3. l. In rebus 4. in princip. ff. De Precario; Precariae autem locum solum habent in possessionibus, seu rebus immobilibus, cap. Ea etiam 2. §. Si Ecnomus, & cap. Precaria ad nemine 3. causa 10. q. 2. & sic notat Pirhing. l. 3. Decretal. tit. 14. n. 10. Reiffenstuel ibidem num. 11. & alii.

Secundo differt contractus precariae, seu precarium 13 a contractu precarii, quia precarium ordinarie ad certum, & determinatum tempus non conceditur, sed solum tamdiu, quamdiu placuerit concedenti, l. Precarium 1. ff. De Precario, cap. Precarium 3. de Precariis; Precariae autem concedi possunt, vel ad dies vitae, vel ad aliud certum tempusquamvis de quinquennio in quinquennium renovari debeant; cap. Precariae 1. & cap. Precarium 3. de Precario, cap. Precariae, de quinquennio 4. caus. 10. q. 2.

Tertio differt contractus precariae, seu precarium 14 a contractu precarii, quia precarium potest semper revocari pro arbitrio concedentis; l. Precarium 1. ff. De precario, cap. Precarium 3. §. 1. de precariis; Precariae autem revocari non possunt antequam tempus concessionis sit elapsum, textu expresso in cap. Precarium 3. §. final. de precariis, ibi: Porro precariae, quae quandoque de Ecclesiarum possessionibus fieri solent, non sunt pro voluntate concedentium revocandae.

Dummodo tamen precariae de rebus Ecclesiae non 15 sint irrationabiliter, seu in grave damnum Ecclesiae factae, nam in tali casu revocari possunt, ac debeant a successore concedentis; textu expresso in cap. De precariis 2. De precariis, juncta Glossa communiter recepta ibid. verb. Ab eo: ubi insuper, adductis variis Juribus, dicit posse, & debere etiam revocari ab ipsomet concedente, seu alienante, & sic tenet Engel lib. 4. Decretal. tit. 14. n. 5. Reiffenstuel. ibid. n. 14. & alii passim.

Et ratio est clara, quia ad alienationem quamcumque rerum ecclesiasticarum, immo etiam ad locationem ultra triennium requiruntur solemnitates Juris; textu expresso in Extrav. Ambrosiae, de rebus Eccles. non alienand. Unde cum precariae contineant hujusmodi alienationem similem locationi ultra triennium, ex quo, ut patet ex dictis, per ipsas precarias concedatur ususfructus rei ecclesiasticae immobilis ad dies vitae, vel ad certum tempus, si concedantur, ut fieri solet, ultra triennium, requiruntur solemnitates Juris, quae si non adhibite fuerint tales precariae, utpote nullae, ipso Jure revocari possunt ac debent, nedum a Successore, sed etiam ab ipsomet concedente, seu alienante. Secus autem, si Precariae essent concessae ad solum triennium, seu infra triennium, quia tunc, cum non requirantur solemnitates Juris, sicuti nec requiruntur

PRECES PUBLICAE.

Principes seculares si petant ab Episcopo, ut preces publicae indicentur pro necessitate status, id utique potest & debet. Non nisi vero summa abusio esset, si etiam ex consuetudine Principes episcopali auctoritate neglecta indicare illas vellent. Benedictus XIV. Cons. Bull. tom. 1. n. 82. incip. Quemadmodum preces.

PRESEBYTERATUS. Vide verb. Ordo à n. 48. ad 50.

PRETATICUM. Vide verb. Hebraeus n. 7.
PRIME PRECES IMPERATORIS. Vide verb. Beneficia art. 12. per totum.

PRIMICERIVS.

SUMMARIUM.

- 1 Primicerius generaliter quis dicitur.
- 2 Primicerius in proposito quis sit.
- 3 Primicerii officium quale sit.
- 4 Primicerius an sit in dignitate, vel personarum constituitur.
- 5 Quantum ad hoc quod dicitur de Primicerio, idem dicendum est de Thesaurario, Sacrista, & Custode.
- 6 Et Additiones ex aliena manu.

Primicerius generaliter loquendo dicitur ille, qui primus juxta antiquorum consuetudinem erat scriptus in ordine cetera, seu scripturae; Mos enim erat antiquis in tabulis ceratis, & pugillaribus scribere, & hinc quicumque in quolibet hominum ordine primo loco scriptus erat in albo, seu tabula cerata, Primicerius appellabatur & qui secundo loco Secundicerius, & qui tertio Tertioceus, ut colligitur ex l. Primicerius; Sic in Rubrica Cod. De Primicerio l. 12. Primus Notariorum appellatur Primicerius, eo quod in matricula Notariorum primo loco sit scriptus, ut explicat Glossa ibidem Similiter l. Primicerium 2. Cod. de Fabricensibus; Primus Fabricensium vocatur Primicerius, ut tradunt Gregor. Tholosan. lib. 15. syntagm. Jur. cap. 22. n. 5. & seq. Azorius p. 2. lib. 3. cap. 16. q. 1. Pirhing. lib. 1. Decret. tit. 25. n. 1. Reiffenstuel ibid. n. 1. & alii passim.

Quoad praesens autem Primicerius dicitur primus Cantor, seu primus in cantu, seu Choro, qui alio nomine appellatur Praecantor, ut patet ex cap. Cum olim 6. de consuetud. & qui secundum locum post ipsum tenet, ejusque absentis vices gerit, vocatur Succantor, ut cap. Inter dilectos 11. de excessibus Praelator. sive Vicecantor. Azor. cit. art. 2. lib. 3. cap. 22. q. 2. Pirhing. loc. cit. n. 1. & alii; Et alicubi vocatur Magister scholarum, seu Scholasticus; Sic notat Hostiens. in Summa n. 1. tit. de Primicerio, Pirhing. loc. cit. n. 1. Reiffenstuel loc. cit. n. 1. & alii.

Primicerii officium describitur in cap. Perlectis 1. §. Ad primicerium dist. 25. & cap. Unice. de 3 officio primicerii, quod rit praesae Diaconis, & reliquis Clericis in docendo ordinem, & modum psallendi, & canendi in choro pro diversitate, & solemnitate temporum, & ad ipsum spectat divinum officium ordinare, psalmos, lectiones, responsoria, & alia hujusmodi assignare, quae quisque Clericorum dicere debeat, ipsique chorum regere, operam dare, ut omnes ab ipso, vel à quo ipse jussit instruantur, & disciplina inter eos observetur, tam-

tur ad locationem (cui assimilantur) non excedentem triennium, ex cit. Extrav. Ambrosiae, de reb. Eccles. non alienand. si rationabiliter, & sine gravi damno Ecclesiae sint concessae, revocari non debent, nec possunt, nec à Successore, nec ab ipsomet concedente, ut patet ex dictis verb. Alienati & verb. Locatio.

18 Precariae expirant, quando ipsae fuerint concessae ad longum tempus, & elapso quinquennio, is qui eas accepit, non petit renovationem earum, colligitur ex cap. Precariae de quinquennio 4. causa 10. q. 2. & c. Precariae 1. De Precariis, ubi expresse praecipitur, quod Precariae de quinquennio in quinquennium secundum auctoritatem, & antiquam consuetudinem renoventur; adeoque qui negligunt sic renovare, cadunt Jure suo, sicuti cadit suo Jure vassallus non petens renovationem Investiturae à novo domino intra legitimum tempus, ut recte probant Abbas in cit. cap. Precariae 1. De Precariis n. 5. Pirhing. loc. cit. cap. 14. Reiffenstuel. loc. cit. n. 21. & alii.

19 Varias à variis adductas rationes, cui in precario praesertim dolo, & quae in civilibus nomine doli venit culpa lata, & in commodato praesertim culpa etiam levissima, affert, & una confutat Jacob. Gothofred. in Leg. 23. ff. de Regul. Jur.

20 Meo judicio, Ulpiani rationi (recte inquit idem Jacobus Gothofred. ubi supra) adhaerendum est in dict. leg. 14. §. 11. de Furt. quo hic conjungenda est, ut & secunda quae ab Interprietibus redditur, sed quae ita evolvo. "In precario idem dolo duntaxat praestatur, eo quod haec liberalitas sit, seu donatio, qua scilicet possessio rei datur, donatur." leg. 15. §. Item qui de Precar. conceditur (qua quidem in re concedendi vos propria est, leg. 1. princip. §. 2. leg. 4. in fin. l. 6. §. 4. leg. 7. §. 3. leg. 12. §. 1. de Precar. l. 1. §. 11. de Trin. acruque priv. l. 163. infr.) "etsi non perpetuo jure habenda (precario enim id opponitur) attamen proprio interim quodam Jure precarium conceditur possidendum, fideique Rogantis committitur, sic ut re tanquam sua, qui precario habet, interim utatur, eamque possideat. Quare ab eo culpa exigi non debet, nec potest, quum res ejus sit interim quodam modo, sed dolo tantum, quia reddendi conditio ei inest. Nam & si rogantis arbitrio res utenda possidere conceditur, tamen ex fide bona oriatur precarium, l. 2. §. 2. ff. de precar., quae in omnibus contractibus, quibus vitia societates continentur, praestanda est. Neque is, qui precario rogavit, eo animo possessionem manescitur, ut credat se dominum esse, leg. 13. §. 1. ff. de Publician. Eadem proinde hic ratio, quae in deposito, quod in utroque res in totum fidei, arbitrioque accipientis deposita, vel precario data committatur, concedatur."

21 Titulus Precariae olim denotavit concessionem ad preces faciendam ex largitate Episcoporum, qua ostendebatur res tales manisse in dominio Ecclesiae, & redditus tantum detentori attributos fuisse: Ea de causa antiquitus priusquam beneficia ecclesiastica, ita ut hodie, ordinata fuere, Clerici ab Episcopo nonnumquam bona ecclesiastica invicem salarii fruenda hoc titulo occuparunt, ut docent Concilium Tolitanum VI. cap. 5. relatum in cap. 72. causa 12. q. 2.

22 Laici quoque nonnumquam per preces ab Episcopis obtinebant, ut rerum Ecclesiasticarum redditus usque ad vitam suam perciperent, maxime qui valde pauperes erant, idque quia ex penu Ecclesiae alieni erant omnes pauperes; Confer de Precariis Boemer. in decret. lib. 3. tit. 14. per tot. & (Vid. in contractibus ibi designatis, verb. Culpa, & contractus, D. Anton. Gomez. var. cap. 7. tom. 2. vers. Ex predictis:)

tamquam pro iis rationem coram Deo redditurus, alioquin enim tenebitur de negligentia in officio suo commissa.

- 4 Primicerius, Cantor, seu Prætor in illis locis, seu Ecclesiis, in quibus ratione sui officii præcedit aliis Canonicis, censetur constitutus in Dignitate, seu personatus, ibique primiceriatus est dignitas, seu Personatus, ut constat ex cap. Cum accessissent 8. de Constitutionibus, & cap. Cum olim 6. de consuetud. Ubi vero nullam præminentiam seu præcedentiam inter alios Canonicos habet, non censetur in dignitate, seu personatu constitutus, sed ibi nudum officium, seu administrationem habet. Et idem dicendum est de Thesaurario, Sacrista, & Custode. Azorius loc. cit. cap. 16. q. 3. & cap. 2. q. 1. Pirhing, loc. cit. n. 1. Reiffenstuel loc. cit. n. 3. Layman in cit. cap. Unic. de officio primicerii, & alii passim.
- 6 Vicarij nati Episcopi fuere Archidiaconi, & Archipresbyteri. Additus postmodum fuit in Ecclesiis Cathedralibus Primicerius, qui ex delegata potestate Episcopi præerat Clerico inferiori, seu minori. Primis temporibus hæc potestas Archidiacono demandata erat ab Episcopo; ut omni Clero etiam Presbyteris, & Archipresbyteris præset, ut ejus quasi esset Administrator, & Vicarius Generalis. Quum vero hic potissimum auctoritatem suam in Clerum majorem, & superiorem extendisset, substitutus est ei alius Vicarius, à quo Clerus inferior regebat; Thomassin. vet. & nov. eccl. disciplin. tom. 1. lib. 2. cap. 103. §. 10. Factum est inde, ut in absentia Episcopi his tribus Vicariis Archidiacono, Archipresbytero, & Primicerio gubernacula Ecclesiæ demandaretur, ut mox laudatus Auctor loc. cit. §. 5. ex epistola Papæ Martini ostendit.
- 9 Plene officium Primicerii in Cathedralibus describit Isidorus in C. 1. d. 25. Ad Primicerium, inquit, pertinent Acolythi, Exorcistæ, Psalmistæ, & Lectores. Pergit vero: Signum quoque dandum pro officio Clericorum, pro vitæ honestate, & officio meditando, & peragendi sollicitè lectiones, benedictiones, psalms, laudes, offertorium, & responsoria, quis Clericorum dicere debeat. Oratio quoque, & modus psallendi in choro pro solemnitate temporum, ordinatio quoque pro luminibus deportandis. Siquid etiam necessarium est pro reparatione Basilicarum, quæ sunt in Urbe, ipse denuntiet Sacerdoti, epistolas Episcopi pro diebus jejuniorum Paroquianis ipse per Ostiarios dirigat Clericos, quos delinquere cognoscit, ipse distinguit. Quos vero emendare non valet, eorum excessus ad cognitionem Episcopi deferat. Basilicanos ipse constituat, & matriculam ipse disponat. Plenius hoc declarat in C. unic. de offic. Primicer. ubi additur, quod præsit Diaconis, & reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positus, quamvis sub Archidiacono constitutus sit, & ejus subofficialis esse videatur.
- 10 De Primicerio juxta hodiernam disciplinam, consule Corvin. de person. & benef. Eccl. tit. de Primic.
- 11 Alias constat Primicerium vocari Antesignanum cujuscumque officii civilis & Sacri. Fit hoc sensu in antiquis monumentis mentio Primicerii Notariorum Palatii, Aule, sacri cubiculi, sacrarum largitionum, Defensorum, Judicum, Lectorum, Silentiariorum &c. Du cange in Glossar. ad Script. med. & infim. Latinit. voce Primicer. Confer etiam Jacob. Gothofred. ad leg. 19. Cod Theodos. de Palatin. Sacr. Largit. Brisson. de verb. signific. voce Primicerius. Sicut itaque qui primum locum tenebant, Primicerij appellabantur; ita qui secundum, & tertium locum, dicebantur Secundarii, Tertiarii. Bosson. ubi supra. ¶

PRIMITIÆ.

SUMMARIUM.

- 1 Primitiæ quid sint.
- 2 Primitiæ unde sint dictæ.
- 3 Primitiæ sunt Quadragesima, vel Sexagesima pars primorum fructuum.
- 4 Ad primitiæ reducuntur omnia primogenita, id est, primi partus, tam de hominibus, quam animalibus.
- 5 Primitiæ in lege veteri debebantur Jure divino positivo.
- 6 Primitiæ secundum substantiam etiam in lege nova adhuc debentur de Jure divino. Formaliter vero sumptæ debentur solum de Jure humano.
- 7 Primitiæ formaliter sumptæ non amplius debentur ubi non adest consuetudo eas solvendi.
- 8 Inter primitiæ, decimas, & oblationes quamvis sit differentia.
- 9 Additiones inseruntur.

Primitiæ sunt primi fructus agrorum, vinearum, hortorum, arborum, & hujusmodi. Communis; & colligitur aperte ex lib. Exodi cap. 23. n. 16. & 19. ex lib. Num. cap. 18. n. 12. & ex lib. Deuteronom. cap. 16. n. 2. Vocantur autem primitiæ, quia sunt primi fructus. Communis, per text. in leg. Num. cap. 18. n. 12. & 13. ibi: "Quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi, Universa frugum initia, quas gignit humus, & domo deportantur, cedant in usus tuos." Insuper Barbosa in Rubric. de primitiis n. 6. Silvester verb. Decime num. 1. in fine. Reiffens. lib. 3. Decretal. tit. 30. n. 171. addunt vocari primitiæ, quia sunt fructus optimi, sive primi in bonitate, per text. in cit. lib. Num. cap. 18. n. 12. ibi: "Omnes medulam olei, & vini, & frumentum, quidquid offerunt primitiarum Domino &c." Quod negat Suarez lib. 1. de divino cultu cap. 8. n. 2. Pirhing lib. 4. Decretal. tit. 30. n. 169. & alii dicentes, quod significantur hic nomine primitiarum primi fructus tempore, non bonitate, id est, optimi, ut colligitur in cit. lib. Num. cap. 18. n. 13. ibi: Universa frugum initia (id est, Primitiæ) quas gignit humus &c.

Per primitiæ non intelliguntur, nec olim intelligebantur omnes primi fructus alicujus terræ, agri, verbi gratia, aut vineæ, nec erant quantitas certa, & determinata; Postea vero fuit determinata hæc quantitas, scilicet: Quod nemo plusquam Quadragesimam partem dare teneretur, & nemo minus, quam Sexagesimam dare posset de primis fructibus; textu expresso in cap. Decimam partem 1. de Decimis, Primitiis, & Oblationibus §. At vero, ibi: "At vero primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine definite, sed offerentium arbitrio derelictæ; Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio Magistrorum inditam; Quod qui plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus, qui minimum sexagesimam; Inter quadragesimam, & sexagesimam licebat quodcumque voluissent offerre: Quod igitur in Pentateuchico dubium derelictum est, hoc specialiter definitur propter Sacerdotum avaritiam, non amplius à populo exigant in Primitiis offerendis."

Ad Primitiæ reducuntur omnia Primogenita, id est, primi partus, tam de hominibus, quam de animalibus, qui Deo specialiter offerri, & sacrificari debebant, juxta cap. 13. Exodi n. 2. ibi: "Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vul-

vam,

vam, tam de hominibus, quam de jumentis, & cap. 18. Numer. ibi. Quidquid primum erumpit vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, sive de hominibus, sive de pecoribus fuerit, tui Juris erit, ita dumtaxat, ut pro hominis primogenito pretium accipias."

- 5 Primitiæ in lege veteri debebantur Jure Divino positivo; Communis, per text. in cap. 23. n. 19. Exodi cap. 48. e. 12. Num. e. 16. num. 2. Deuteronom. cum similibus.
- 6 Primitiæ secundum substantiam, quatenus videlicet spectant ad honestam sustentationem Ministrorum Ecclesiæ etiam in lege nova adhuc debentur de Jure divino; formaliter vero sumptæ, seu pro certa quantitate, debentur solum Jure humano. Prima pars colligitur ex cap. Revertimini 65. caus. 16. q. 1. ubi Decime, ac Primitiæ quoad substantiam Jure Divino obligari supponunt, & cap. Tua 26. de Decimis, Primitiis, & Oblationibus, ubi expresse habetur: Nimis profecto videtur iniquum, si Decime, quas Deus in signum universalis Domini tibi reddi præcepit, suas esse Decimas, & Primitiæ a seveverans &c. diminui valeant. Et tenent Glossa; in cap. Ecclesiæ 2. caus. 13. q. 1. verb. Primitiæ, Guierrez Canon. qq. lib. 2. cap. 21. n. 6. Barbosa de offic. & potest. Parochi part. 3. cap. 27. n. 5. Reiffens. loc. cit. n. 175. Didac. & alii. Secunda autem pars clare patet ex cap. Revertimini 65. cap. 16. q. 2. & cap. Decimas 1. ead. caus. 16. q. 7. ibi: "Oportet autem... Primitiæ, quas jure Sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere; cap. Præter 6. dist. 32. in fine, ubi: Primitiæ... fideliter reddantur à Laicis."
- 7 Primitiæ formaliter sumptæ non amplius debentur, ubi non adest consuetudo eas solvendi; Communis, ut patet ex fere generali praxi eas non solvendi; Cum enim primitiæ formaliter sumptæ, id est, secundum specificam, & determinatam quantitatem sine introductione sola lege humana, potuit huic derogare consuetudo legitime præscripta; textu expresso in cap. Cum tanto 11. de consuetudine.
- 8 Inter Primitiæ, Decimas, & Oblationes hæc adest differentia, quod Primitiæ solvuntur semel tantum de primis fructibus Novallium, agrorum, vinearum, arborum, & animalium in signum gratitudinis erga Deum, Decime solvuntur singulis annis in recognitionem universalis Dei domini de omnibus fructibus. Oblationes solvuntur sine determinatione temporis, qualitates, aut quantitates ex causa devotionis. Sic expresse Engel. lib. 3. Decretal. tit. 30. n. 69. & alii. Vid. verb. Decime, & verb. Oblationes.
- 9 Primitiæ dicuntur primæ fructuum obventiones, ut primi animalium foetus, primi fructus de terra ad culturam redacti, & denique prima de fructibus singulorum annorum commoda. ¶
- 10 Antiquissimi sane fuit instituti, eas Deo consecrare Fonti omnis boni, & omnium commodorum lagitori. Tenebantur hæc etiam devotione Gentiles. Consule Samuel Pitisc. in Lexic. antiq. Romæ voce Primitiæ, Spencer. de leg. Hebræor. Ritual. lib. 3. dist. 1. cap. 9. Guther. de vet. jur. pontif. lib. 4.
- 12 Male vero Spencers inde colligit institutum primitiarum ex Religione Gentilium esse petendum. Prima ejus vestigia inter eos, qui verum Deum colebant deprehendimus, Sacra Scriptura exemplo Abelis id corroborante; Gen. IV. 4.
- 13 Nulla in Ecclesia nascente erat lex de Primitiis solvendis. Quod enim in can. 4. Apostolorum apud Harduin. tom. 1. Concil. p. 10. & p. 33. de Primitiis traditur, non est Apostolicum institutum, sed seculorum subsequentium usus; Pseudo Clemens ait: Omnis autem fructus domum mittatur. Primitiæ Episcopis & Presbyteris. Clarum est, quod Episcopi, & Presbyteri Diaconis, & reliquis distribuant: Canone præcedente III. Apostoli fingunt

FERRAR. BIBLIOT. TOM. VII.

ut indulgisse, ut tantum legumina nova tempore opportuno ad Altare deferantur, quod eo tempore inter non entia relatum est. Qui mensas Agapis destinatas Altaria fuisse asserunt, nec graviter verant, ut Eruditi docuerunt."

Si canones arabici Nicæni genuini forent, jam seculo IV. fuisset Lex de solvendis primitiis. Siquidem can. 1. constitutum apud Harduinum tom. 1. Concil. p. 510. fingitur: "Item exigit à vobis Deus, ut offeratis primitiæ frugum vestrarum, & primitiæ fructuum vinearum, & jumentorum vestrorum Ecclesiis, ut ex iis alantur Sacerdotes, & Ecclesiæ Ministri." Hanc vero legem ignorant Canones Nicæni genuini, ignorant Canones Synodorum reliquarum hujus seculi.

Posterioribus vero temporibus legem de solvendis primitiis in Ecclesia fuisse indictam tenent nonnulli, præsertim ex Can. 7. Concilii à S. Gregorio VII. Romæ in Laterano anno 1208. habiti, quod relatum est in Can. 1. caus. 16. q. 7. At alii censent, potius contineri adhortationem, & consilium, quam jussum. Sed quidquid hujus rei sit, si spectes usum, primitiæ non sunt sub obligatione.

Duobus vero casibus adhuc debentur. Primo si Parochorum facultates adeo angusta sint, ut congruæ ipsarum sustentationi haud sufficient. Secundo si solvi alicubi consueverunt. Et, quod mirum est Jacobus la Lande in Rubric. ad tit. Decret. de decim. censet, oblationes consuetudine quantumvis vetustissima haud evadere obligatorias, primitiæ vero diversitatis his verbis reddere nititur: "Oblationes voluntate (inquit) ex pietatis officio & mera devotionum proficiscuntur, & nullo jure cogente celebrari debent juxta id, quod ait sacer textus: Voluntarie sacrificabo tibi: & illud Exodi 35. Omnes viri, & mulieres mente devota obtulerunt donaria, ut fierent opera quæ jusserat Dominus per manum Moysi: cuncti filii Israel voluntaria donaria Domino dedicaverunt Can. 6. Concilii Cabilon. Aliud probinet circa Primitiæ, propterea quod specialis ratio eas præstandi, nimirum in recognitionem divinæ liberalitatis ob fructus concessos, quæ cum temporis diuturnitate concurret, atque ita Primitiæ duobus casibus obligationis nexu continentur, si populus usu longævo eas reprehendere solitus sit, vel ipsi Sacerdotes indigeant, quibus intervenientibus sunt in mandato, & primitiæ renuentes possunt excommunicari." Can. Præter hoc dist. 32. Sed & oblationes consuetudine obligatorias evadere, monstravimus in addit. ad verb. Oblationes.

PRIVATIO VOCIS ACTIVE, ET PASSIVÆ, ET OFFICII, VEL BENEFICII. Vide verb. Lex art. 2. num. 27. ad 44.

PRIVILEGIUM

ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt Privilegium naturam, divisionem, concessionem, acquisitionem, & communicationem.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegium proprie sumptum quid sit.
- 2 Ad substantiam privilegii non requiritur, quod sit scriptum.
- 3 Privilegium dividitur primo in privilegium contra Jus, & in Privilegium ultra, vel præter Jus, & quale sit utrumque.
- 4 Secundo privilegium dividitur in privilegium clausum in corpore juris, & in privilegium

Q9 2

ex-